

II ADVENTO SEKMADIENIS

Šv. Jonas Krikštytojas, paskutinis pranašas, Viešpaties pirmtakas, cituodamas Izaijo pranašystę, kvietė Palestinos tautą pripažinti Jėzų iš Nazareto esant ilgai lauktą Mesiją, kuris grąžina akliesiems regėjimą, prikelia mirusiuosius ir skelbia Gerąją Naujieną apie išganymą. Mes, Bažnyčios įkvepiami, vis dar girdime Jo balsą, skambantį kartu su didžiųjų Izraelio pranašų balsais (introitas, Evangelija). Dievo išrinktoji tauta pagausėjo, prijungdama kitas žemės tautas, ir naujoji Jeruzalė išsiplėtė iki žemės pakraščių. Šv. Paulius jau paskelbė apie tai savo Laiške, o Bažnyčia tai pakartoja, kviesdama visą žmoniją atsigręžti į Kristų, pakilti ir džiaugsmingai sveikinti Dievo atsiųstą išgelbėjimą (ofertorijus).

Introitus

Is. 30, 30. Populus Sion, ecce, Dominus veniet ad salvandas gentes: et auditam faciet Dominus gloriam vocis suæ, in lætitia cordis vestri.

Ps. 79, 2. Qui regis Israel, intende: qui deducis, velut ovem, Ioseph.

Collecta

Éxcita, Dómine, corda nostra ad præparándas Unigéniti tui vias: ut, per eius advéntum, purificátis tibi méntibus servíre mereámur. Qui tecum vivit et regnat...

Epistola

Léctio Epístolæ beati Pauli Apostoli ad Romános. (Rom. 15, 4–13)

Fratres: Quæcúmque scripta sunt, ad nostram doctrínam scripta sunt: ut per patiéntiam et consolatiónem Scripturárum spem habeámus. Deus

Introitas

Iz 30, 30. Siono tauta, štai ateis Viešpats gelbėti tautų; ir pakels didingą savo balsą Viešpats jūsų širdies džiaugsmė.

Ps 79, 2. Tu, kuris valdai Izraelį, klausykis, tu, kuris vedi Juozapą tarsi avį.

Kolekta

Viešpatie, pažadink mūsų širdis parengti kelius Tavajam Viengimiui, kad, prisimindami Jo atėjimą, būtume verti Tau tarnauti. Kuris su Tavimi gyvena ir viešpatauja...

Epistolė

Skaitinys iš šventojo apaštalo Pauliaus Laiško romiečiams. (Rom 15, 4–13)

Broliai: visa, kas kitados parašyta, mums pamokyti parašyta, kad ištvėrme ir Raštų paguoda turėtume vilties. Ištvėrėms ir paguodos Die-

áutem patiéntiæ, et solácii det vobis idípsum sápere in alterútrum secúndum Iesum Christum: ut unánimes, uno hore honorificétis Deum et Patrem Dómini nostri Iesu Christi. Propter quod suscípíte ínvicem, sicut et Christus suscépit vos in honórem Dei. Dico enim Christum Iesum minístrum fuísse circumcisiónis propter veritátem Dei, ad confirmándas promissiónes patrum: gentes áutem super misericórdia honoráre Deum, sicut scriptum est: Proptérea confitébor tibi in géntibus, Dómine, et nómini tuo cantábo. Et íterum dicit: Lætámini gentes, cum plebe eius. Et íterum: Laudáte, omnes gentes, Dóminum: et magnificáte eum, omnes pópuli. Et rursus Isaías ait: Erit radix Iesse, et qui exsúrget régere gentes, in eum gentes sperábunt. Deus áutem spei répleat vos omni gáudio et pace in credéndo: ut abundétis in spe, et virtúte Spíritus Sancti.

Graduale

Ps. 49, 2–3 et 5. Ex Sion species decoris eius: Deus manifeste veniet. **V.** Congregate illi sanctos eius, qui ordinaverunt testamentum eius super sacrificia.

Alleluia

Alleluia, alleluia.

Ps. 121, 1. **V.** Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi; in domum

vas teduoda jums tarpusavyje būti vienos minties, Kristaus Jėzaus pavyzdžiu, kad sutartinai vienu balsu šlovintumėte Dievą, mūsų Viešpaties Jėzaus Kristaus Tėvą. Priimkite vienas kitą, kaip ir Kristus jus priėmė, Dievo garbei. Aš sakau: Kristus tapo apipjaustyjų tarnas dėl Dievo teisybės, kad patvirtintų protėviams suteiktus pažadus ir kad pagonių tautos šlovintų Dievą už jo gailestingumą, kaip parašyta: „Pagonims išpažinsiu tave, tavo vardui giedosiu.“ Ir vėl sakoma: „Džiaukitės, pagonys, kartu su jo tauta.“ Ir dar: „Girkite, visi pagonys, Viešpatį, teaukština jį visos tautos.“ Ir Izaijas kalba: „Ateis Jesės atžala, tasai, kuris pakils valdyti pagonių, ir juo vilsis pagonys.“ Taigi vilties Dievas jus, gyvenančius tikėjimu, tepripildo visokių džiaugsmų ir ramybės, kad Šventosios Dvasios galybė būtumėte pertekę vilties.“

Gradualas

Ps 49, 2–3 ir 5. Iš Siono jo grožio spindesys; Dievas didingai ateis. **V.** Suburkite jo šventuosius, kurie sudarė su juo sandorą atnašaudami aukas.

Aleliuja

Aleliuja, aleliuja.

Ps 121, 1. **V.** Apsidžiaugiau, kai man pasakė: „Eime į Viešpaties na-

Domini ibimus. Alleluia.

Evangelium

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. (Matth. 11, 2–10)

In illo tempore: Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Et respondens Iesus, ait illis: Eúntes renuntiáte Ioánni, quæ audistis et vidistis. Cæci vident, claudi ámbulant, leprosi mundántur, surdi áudiunt, mórtui resúrgunt, pauperes evangelizántur: et beátus est, qui non fúerit scandalizátus in me. Illis áutem abeúntibus, cœpit Iesus dícere ad turbas de Ioáñne: Quid exístis in desértum vidére? arúndinem vento agitátam? Sed quid exístis vidére? hóminem móllibus vestítum? Ecce, qui móllibus vestiúntur, in dómibus regum sunt. Sed quid exístis vidére? Prophétam? Étiam dico vobis: et plus quam Prophétam. Hic est enim de quo scriptum est: Ecce, ego mitto Angelum meum ante fáciem tuam, qui præparábit viam tuam ante te.

Offertorium

Ps. 84, 7–8. Deus tu conversus vivificabis nos, et plebs tua lætabitur in te; ostende nobis, Domine, misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis.

mus.“ Aleliuja.

Evangelija

Šventosios Evangelijos pagal Matą tęsinys. (Mt 11, 2–10)

Anuo metu: Jonas, išgirdęs kalėjime apie Kristaus darbus, nusiuntė savo mokinius jo paklausti: „Ar tu esi tas, kuris turi ateiti, ar mums laukti kito?“ Jėzus atsakė: „Keliaukite ir apsaakykite Jonui, ką čia girdite ir matote: aklieji praregi, raišieji vaikščioja, raupsuotieji apvalomi, kurtieji girdi, mirusieji prikeliami, vargdieniams skelbiama geroji naujiena. Ir palaimintas, kas nepasi-piktins manimi.“ Jiems nueinant, Jėzus ėmė kalbėti minioms apie Joną: „Ko išėjote į dykumą pažiūrėti? Ar vėjo linguojamos nendrės? Ir ko išėjote pamatyti? Ar švelniais drabužiais vilkinčio žmogaus? Švelniais drabužiais vilkintys gyvena karaliaus rūmuose. Tai ko gi išėjote? Ar pamatyti pranašo? Taip, sakau jums, ir daugiau negu pranašo! Jis yra tasai, apie kurį parašyta: Štai aš siunčiu pirm tavęs savo pasiuntinį, ir jis nuties tau kelią.“

Ofertorijus

Ps 84, 7–8. Dieve, tu atsigręžęs mus atgaivinsi, ir tavo tauta džiaugsis tavyje; parodyk mums, Viešpatie, savo gailėstingumą ir suteik mums savo išganymą.

Secreta

Placáre, quæsumus, Dómine, humilitátis nostræ précibus et hóstiis: et, ubi nulla súppetunt suffrágia meritórum, tuis nobis succúrre præsídiis. Per Dominum nostrum...

Præfatio de Ss. Trinitate

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus: Qui cum unigénito Fílio tuo et Spírítu Sancto unus es Deus, unus es Dóminus: non in unius singularitáte persónæ, sed in uníus Trinitáte substántiæ. Quod enim de tua glória, revelánte te, crédimus, hoc de Fílio tuo, hoc de Spírítu Sancto sine differéntia discretiónis sentímus. Ut in confessióne veræ sempiternæque Deitátis, et in persónis proprietas, et in esséntia únitas, et in maiestáte adorétur æquálitas. Quam laudant Angeli atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séraphim: qui non cessant clamáre cotídie, una voce dicéntes: Sanctus.

Communio

Bar. 5, 5; 4, 36. Ierusalem, surge et sta in excelso, et vide iucunditatem, qui veniet tibi a Deo tuo.

Postcommunio

Repléti cibo spirituális alimóniæ,

Sekreta

Pažvelk maloningai, Viešpatie, į maldas ir atnašas, kurias mes nusižeminę Tau aukojame, ir ten, kur nėra mūsų nuopelnų, padėk mums ir apgink mus. Per mūsų Viešpatį...

Švč. Trejybės prefacija

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, kad mes Tau visuomet ir visur dėkotume, Viešpatie, šventasis Tėve, visagali Dieve, kuris su vienatiniu savo Sūnumi ir Šventąja Dvasia esi vienas Dievas ir vienas Viešpats – nėra tai Asmens vienumas, bet vienos prigimties Trejybė. Juk tai, ką per Tavąjį apreiškimą apie Tavo garbę tikime, be jokio skirtumo pripažįstame Sūnui ir Šventajai Dvasiai, kad, išpažįstant tikrą ir amžiną Dievystę, būtų šlovinamas ir Asmenų skirtingumas, ir jų prigimties vienumas, ir jų lygus didingumas. Jį garbina angelai ir arkangelai, cherubinai ir serafimai; kasdien nepaliauja garsiai šlovinti, vienu balsu tardami: Šventas.

Komunija

Bar 5, 5; 4, 36. Pakilk, Jeruzale, ir atsistok aukštumoje; ir matyk džiaugsmą, kuris tau sklinda iš tavo Dievo.

Postkomunija

Pasisotinę ir pasistiprinę dvasiniu

súplices te, Dómine, deprecámur:
ut huius participatióne mystérii,
dóceas nos terréna despícere et
amáre cæléstia. Per Dominum nost-
rum...

maistu, meldžiame Tave, Viešpatie,
išmokyk mus, šių paslapčių daly-
vius, niekinti žemiškus dalykus ir
mylėti dangiškuosius. Per mūsų
Viešpatį...